

to, e gli leggesse il Passio di S. Giovanni &c.: prout latius in Sum. pag. 184.
§. 18.

13 Lugo præterea, Sansium in primo Examine referre, Dei Famulum quum
Præsidem ageret, sic fatum ipsi fuisse, qui tunc temporis Tyronibus præ-
rat = Padre in senz' questa, (Tunica, quam gestabat) ho tre Tonache;
quando venga qualche Novizio, che abbia bisogno di comprare Tonache,
vendagli questa, e mi conservoi il denaro =, octiduo post ei præcepisse =
che di otto Reali, che era il valore della Tonaca, d'esse quattro ad una povera
Donna, che si era infantata . . . passati pochi giorni diede alla medesima gli
altri quattro Reali &c. = Sum. pag. §2. §. 27. Factum hujusmodi denuo pan-
dit Sansius in altero Examine, in quo illud magis magisque exornando, nobis
exhibet Dei Famulum: nendum eximia præditum Caritatem sed etiam Prophe-
tiz dono insignitum. Dixerat primum, uni eidemque Muliari integrum Tun-
ica pretium in duas vices fuisse elargitum; mox ait: duas fuisse foeminas, qua-
rum necessitatibus Tunicae pretio consuluit Ven. Gaspar, Sum. pag. 82. &
& seq. §. 30. Prætereo id genus plura. Interea cuinam ex hisce discrepan-
tibus. Sansii testimoniis fides sit adhibenda, prorsus ignoro. Consideranti
enim mihi, Testem hunc in postremo Examine emendasse quodammodo,
quod antea retulerat de pretio Tunice a Dei Servo apud se retento, vide-
re videor Sansium optime intellexisse, hanc pecunia penes se retentionem,
& sui Ordinis Regulis, & emissio Paupertatis Voto magno opere adversari;
propterea que ad gravem hujusmodi difficultatem declinandam in postre-
mo habito Examine addidisse, Venerabilem Virum sibi jussisse: l'elemosina
che darà per esso Tonaca, la dia al Sagrestano, che la conservi per s'ovvenire
li poweri. Summ. pag. 76. §. 3.

14 Hisce ita constitutis, nemo non videt, quantum Francisci Sansii vilescat au-
ctoritas. Quod si ejus nomen e Testium Catalogo prossus deleatur, quo-
se vertant Postulatores præstantissimi, ut plenam numerisque omnibus
absolutam Probationem constituant, plane non assequor. Etenim is ille
est, a quo plura discimus, caque præsertim, quæ ad heroicam stabilien-
dam firmandamque Virtutem sunt apta; quum ceteri, qui superflunt. Te-
stes, vel pauca admodum testentur, vel modico temporis intervallo cum
Dei Famulo familiariter egerint; & quænam ex præclaris illius operibus
suismet viderint oculis, quæ ab aliis acceperint, non satis clare distin-
cteque explicant. Quamobrem qui novæ defensionis opus suscipiunt, post
quam Sansium a qualibet vindicaverint suspicione, nulli in novo contexen-
do oculatorum Testium Catalogo parcent labore, ut singulorum scientie
causam in medium afferant, arque temporum habita ratione, ita illorum
distribuant depositiones, ut saltem quoad postremum vitæ Venerabilis Vi-
ri decennium Probationem conslatam ex Testibus de visu, qui relatè ad
actus specificos contestes sint, minime desidereremus.

15 In hoc autem Testium oculatorum Catalogo, haud recenseri debet Pater
Vincentius Guillelmus Gual Testis LXXI X. Ordinariae Inquisitionis, qui
causæ Procuratorem agebat, veluti meus in munere Prædecessor animad-
vertit §. 5.. Me quidem non latet. Causæ Patronos in anteacta Proposi-
tione vires ingenii omnes intendisse, ut ab impacto criminis Testem hunc
vindicarent, qui, si Franciscum Sansium excipias, ceteris omnibus rerum
copia atque præstantia antecellit. Verum sciant ii, qui nunc Causæ præ-
sunt, S. pientissimis PP. haud quamquam latifecisse, præfatum Testem
non sponte sua, sed ex Superiorum suorum præcepto utrumque implevis-
se manus, velut legitur in præterita Respons. pag. 5. §§. 9. 10. 12. Hoc
enim Sacrae hujus Congregationis legibus omnino adversari, non injuria